



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSVS 24.

Ait, etiam. Et cum intrasset in domum praeuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terrae à quibus accipiunt tributum vel censum: à filiis suis, an ab alienis?

QVÆSTIO I.

Quod fuerit didrachma?

§. 1. Το δίδραγμα vocatur, quædam tamen exemplaria habent, τὰ δίδραγμα. Ita etiam Beza, alijq; legunt. Didrachma Maldonatus ait duo regalia, duos in lios decem solidi s. gallicos. Siculum autem Hebraicum fuisse Tetradrachmum. Syrus habet: הריץ זוזין רבסא. Theben Zuzin dacteseph rishba. duo Zuzin argenti capitati. In margine Bibliorum regionum ex Elia adscriptum est הריץ זוזין רבסא. שבת וירידה וזב וארבע זוזין הם סלע.

Denarius. Hoc est ad verbum, Et zuz & denarius vnum est, nisi quod zuz est de argento, denarius de auro: quatuor zuzin faciunt selaph, hoc est, siculum. Quod distinctionem de denarijs addit, id certe in lingua latina falsum est, scilicet de argenteo denario agitur.

§. 2. Quis porro census ille fuerit, non consentiunt. Sunt quibus ille videtur esse, de quo Exod. 30. 13. Hoc dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicii, mensuram templi. Siclus viginti obulos habet, Media pars sicii offertur Domino. Siclus autem est tetradrachmum, dimidia pars didrachma. Nonnulli videtur id esse quod datur Num. 3. 46. & 47. pro primogenitis. Verum illud tum solum datum est, non postea. Non igitur hoc vilo modo probabile est, licet autores habeat magnos.

Census Romanus. §. 3. Tributum Augusti fuisse plures existimant. Ille enim census egit cum Christus nasceretur. Postea Vespasianus id quod templo dati solebat iussit Capitolio inferri. Iosephi. de bello. lib. 7. c. 26. Imo ante Augustum & Romanos Asiatici reges fecerunt, & Romani cupide, ut erant auarissimi, sunt imitati.

VERSVS 26.

Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumens da eis pro me & te.

QVÆSTIO I.

An Christus debuerit tributum soluere?

§. 1. Non est in ipsa sententia difficultas, sed in ratione, qua eam Christus probat. Christus enim filius regum liberis à tributo significat, & se tanquam filium æterni regis eadem libertate gaudere concludit. Nec tributum dare tanquam debitum, sed ne eos scandalizaret. Deum igitur se esse indicat omnique onere immunem, & tamen nobis indicat, scandalum omni modo fugiendum esse.

§. 2. Ratio, qua se liberum à censione demonstrat, difficilius est, ut dixi ipsa sententia, quæ probanda erat. Reges, inquit, ab alienis tributum accipiunt, non à suis filiis, ego sum filius, ergo liber à tributo. At non erat filius regis alicuius terreni, Augusti vel Tiberij, aut Herodis. Deinde reges etiam tributum accipiunt à filiis regum alienis. Respondent aliqui, agi de didrachma quod templo solvebatur, hoc est, regi Deo, regi æterno, liberum ab eo esse filium naturalem Dei: eius etiam ministros domesticos, qui cum eo versabantur. Tota enim aula regia libera est: sed soluere gratuita liberalitatis erat.

§. 3. Nec minor etiam vis argumenti fuerit, si Chilio modo proponatur. Filij regum liberi sunt, nec censum dant patribus, multo magis igitur liberum esse oportet filium Dei, cuius potestas est in ipsos reges? Si Herodes aut Philippus Tetrarchæ filios suos non censent, nec eorum domesticos, multo minus, filios Augusti, aut Tiberij Caesarum, dominorum suorum censere debent. Cur ergo filium Dei cuncta videntis? Cuncta supercilio mouentis? Cuius in honore scriptum est, Rex Regum, & Dominus dominationum. Cum autem Dominum maris se ostendat, testatur se non obligatum censionibus tyrannorum. Errant ergo qui Petrum arbitrantur metu sic respondisse, ne dubitare videretur, aut Magistratui se opponere.

§. 4. Christum enim alijs annis soluisse probabilius est, eiusque rei Petri conscium fuisse. Quærat enim an non soluat, hoc est, non soleat soluere? De consuetudine autem ille responderet. De metu quod dicunt: leue videtur, poterat enim cum Christus in conspectu esset, ab ipso quærere, quid faciendum esset. Nec periculum erat ne indignarentur, si etiam in re nota Magistrum discipulus rogaret, quid agendum esset. Præsertim cum non nisi Domino conscio solui censu ille posset.

§. 5. Qui Christum tributo dando obligatum docent, mihi sane errare videntur. Nec Paulus illis fauet vilo modo. Nam quod ait, nobis simile per omnia, excepto peccato, hoc de carnis mortalitate, & imbecillitate dictum est, non de subiectione, qua magistratibus obligatus erat. Nemo enim est, qui legibus imperatoris Christum subijciat, ut nempe nomen daret militiæ, ut susciperet onera ciuiliu ciuitatum: tutor, testamentarius, decurio esset, aliaque lubiter, ad quæ ciues lege cogebantur.

QVÆSTIO II.

Quomodo dedit?

§. 1. De Vo proposita Christo erant, libertatem suam suorumque tueri, nec tamen scandalo occasionem præbere. Itaque dari iussit. Sed magno miraculo soluit: piscem enim præparauit, qui staterem in ore habuit, quem staterem ipse formauit & ori imposuit. Non enim solent pisces stateres ore retinere, sed si capiant in ventrem dimittere. Stater autem siclus erat seu Tetradrachmum, Syrus vocat טרסון. Effra staterem, paululum nomine græco variato: piscis est apud Plinium qui Faber dicitur, & Piscis sancti Petri Christianis.

QVÆSTIO III.

An scandalo fuisset illis Dominus, si non dedisset?

§. 1. Distinctione rem expediunt: acceptum scandalum futurum fuisse, non datum. Hoc tamen ipsum vitare charitatis esse. Timendum vero erat, ne

rat, ne si non solueret, turbæ eius autoritate vterentur, & tributum reculerent. Constat enim paulo post Christum accusatum, quasi prohibentem tributum dare Cæsari.

QVÆSTIO III.

Cur pro se & Petro soluit?

§. 1. **H**eretici ne Petrum præ ceteris honoratum concedant, eum domum Capharnaum habuisse fingunt. Petrus erat ciuis, inquit Musculus, ideo exigatur tributum.

Respondeo. Andræam quoque ciuem fuisse, & Christum non fuisse. Ideoque à Petro & Andræa petendum fuisse, non à Christo. Beza etiam domum habuisse Capharnaum existimat: At è contrario Christus non habuit ubi caput reclinarer. Nec domus erat causa huius census, Capitatio enim erat, vt expresse Syrus interpretes ponit. Pro Petro igitur soluit, non pro reliquis, quia ipse caput erat Collegij Apostolici, & singulari illo honore donandus. Irzidet Caluinus Catholicos. Ridiculi ergo sunt Papiste, inquit, qui tam frivolo pretextu Petrum dignitatis socium Christo faciunt. Vicarium, inquit, sibi elegit, & pari se cum honore dignatus est, quem solutione tributi sibi aquauit. Atque hoc modo subulcos faciunt omnes Christi vicarios: quia tantundem & illi pendebant.

Respondeo. Infelix præstigiator & verba & sensum Catholicorum deprauat. Nemo Petrum dignitatis socium Christo facit, monarcha solus, socium regni sui non admittit, licet omnes Sancti cum ipso, & sub ipso regnent. Pari honore nunquam Petrum dignatus est, nunquam sibi æquauit, infinitissimis enim spatiis distat honor Petri, à maiestate Christi. Pat tamen aliquid præstitit Petro, quod sibi etiam exhibuit, cum soluit parem pro se & Petro censum, quo Petrum non fecit sibi parem. Sed par pretium pro virtute capite, hoc alteri Apostolorum nemini præstitit, cum facile plures stateres posset dare. Petrus domum Capharnaum non habuit, iam enim dudum omnia reliquerat. Nec tamen ideo subulcos omnes vicarij Christi: Eos enim nec Christus tributum immunes pronunciauit, nec staterem miraculo pro illis dedit. Non sunt Vicarij Christi, qui tributa pendunt, sed honoratus est à Christo, quem solum ex omnibus Apostolis elegit tantum miraculi administrum, & pro quo miraculosum staterem dedit. Apostoli ceteri non magis immunes erant, quam Christus aut Petrus. Christum vero cōtumeliose aggressos exactores existimat. Querunt inquit an solutus sit legibus, quia tanquam incertus hospes, huc illuc discursat. Atque id in alios etiam Apostolos conueniebat, quos eodem modo sine dubio sunt aggressi, si verum est quod de Christo ille fabulatur. Et tamen pro illis Christus non soluit, postquam illum liberum pronunciauerat. Quod si subulcorum quempiam Christus aduocasset, immunem à tributo edixisset, & tamen ne alios scandalizaret miraculo, staterem pro se & subulco dari iussisset, dubio procul magnum ille sibi honorem à Christo habitum haud falso iudicasset. Aliter sensu de hoc Aug. l. 99. vet. & noui testamenti. Dicunt ergo exactores didrachmæ ad Petrum Apostolum. Magister vester non soluit didrachmæ &c. Quo dicto Magistrum vt pro omnibus discipulis solueret, conuenierunt. Saluator autem cum pro se & Petro dari iubet, pro omnibus exsoluisse videtur, quia sicut in Salvatore erant omnes causæ magistratuum, ita & post Saluatorem in Petro omnes continerent. Ipsum enim constituit esse caput eorum, vt

Adam. Conzen in Euang. Tom. I.

pastor esset gregis Dominici. Non igitur subulcum Augustinus Petrum, sed pastorem Dominici gregis iudicauit à Christo honoratum.

QVÆSTIO IV.

An Christiani omnes à tributo liberi?

§. 1. **A** Nabaptistarum error seditionum & rebellionum fons, Christianos liberos esse, & immunes à dandis tributis. Filij enim Dei sunt, filij autem liberi. Respondeo. Filios Dei qui adoptione tales sunt non esse liberos, filium Dei naturalem liberum esse. Petrum autem & Apostolos ratione vocationis, & contubernij liberos fuisse. Alios vero Christianos oneribus ciuilibus teneri, & si in seruitute sint, obedire Dominis oportere. Spiritus enim libertatem nobis, non carnis Christus contulit.

§. 2. Ciuili lege seu priuilegio non modo corpora Clericorum, sed feuda etiam & possessiones Ecclesiasticarum exempta sunt à censione ciuilibus Magistratus. Habent vero hoc varijs regum & principum priorum donationibus, quæ reuocari non possunt, cum iam in pacta & publica fœdera transferant, quæ sunt inter regnum & Ecclesiam.

§. 3. Quarit Beza: Vnde Pontifici ius ciuile in magistratus, cum Petrus soluerit didrachma.

Respondeo. Non esse Pontifici Romano potestatem ciuilem supra magistratus, sed spirituales, vt Pastoris supra oues. Quam porro ridiculum sit ex Christi factis de iure Pontificis argumentari, ciuilibet considerandum relinquo. Soluere staterem Christus iubet, non tanquam debitum, sed ne ignorantes scandalizarentur, non ergo Pontifici ius detraxit, sed potius asseruit. Quin ipsi exactores, siue pro templo siue pro Romanis pensionem exigebant, non suo more audacter, & pro imperio postulabant, nec Christum aduocant, sed modeste à Petro querunt. Deinde solutione stateris contenti sunt. Miror etiam Bullingeri intemperiem, qui post multa in Pontificem conuicia tandem concludit, Christum se publicis non subtraxisse oneribus, imo etiā dimidium siclum pro Petro soluisse, ne eius successores tributa sancto Magistratui negarent, concidere ergo Decretales, Clementinas & Extraneas. At Christus soluit ne scandalizarentur; hoc est, vt ipse Bullingerus interpretatur, alij ne imitarentur, ne turbam excitemus, fateturque Christum suo iure cessisse, cum ergo ea de re Christus protestetur, quomodo præiudicium voluit Petri successoribus adferre?

§. 4. Huius olim hoc loco contra Clericorum immunitatem abusus est, & a uorum memoria Marfilus. Christus, inquit, ipsemet dedit tributum potestati seculari pro se & Petro. Agnouit ergo se ciuili magistratui subiectum. Et Ioan. Marfilus. [Ostenditur rursum idem ex Matt. 17. ubi sic scribitur, Accesserunt qui didrachmā accipiebant ad Petrum &c. & consequenter paucis interpositis subditur, quod Christus dixit Petro; Vt autem non scandalizemus eos &c. nec dixit tantummodo Dominus da eis, sed dixit, da eis pro me & te, &c. Quo igitur modo ex virtute verborum Evangelicæ scripturæ, sunt exempti Episcopi & presbyteri ab hoc, ne vniuersaliter à principum iurisdictione, nisi gratiosa eorum concessione, cum Christus & Petrus exemplum præbentes alijs, tributa soluerint? Et licet Christus secundum carnem de stirpe regia, hoc non debuisset fortasse, Petrus tamen de stirpe regia non existens, nec talem exemptionis habebat causam, sicut nec habere voluit. Quod si Christus putasset inconueniens futuros sibi successores in officio sacerdotali tributa soluere, ac ipsos

ff 3

tempo

temporalia subiecta fore principibus seculi, potu-
 33 isse ipse absque mali exempli exhibitione (videli-
 34 cet subijciendi sacerdotum iurisdictioni principum
 35 seculi) aliter ordinasse, atque expedivisse illos exa-
 36 ctos didrachmæ, ut puta, remouendo ipsis pe-
 37 tendi talia intentionem, aut alio conuenienti mo-
 38 do; sic autem facere non reputauit inconueniens;
 39 quin imo soluere voluit singulariter inter Aposto-
 40 los Petrum sibi associans in hoc. Qui tamen Eccle-
 41 siæ præcipuus Doctor, & Pastor, futurus erat, ut
 42 tali exemplo aliorum nullus sic facere recuset
 43 &c.]

Hunc ego admiratus sum pro serenissima Re-
 publica talibus vsum argumentis. Quid enim si
 Christus & Apostoli Venetijs vitam agitaissent, ab
 eis se tributum iure exigere existimarent? aut Chri-
 stum tributarium Romanis censent, id vero cum ip-
 se solenniter se liberum esse protestetur? At illi ad
 normam Hussi & Wicleffi à delinquentibus bona
 Ecclesiastica auferri posse docent, qui etiam Ponti-
 ficem Magistratui ciuili subdit. Verum iam olim
 exempti fuerunt etiam ante Iulianum Apostatam.
 Sozom. lib. 4. cap. 5. Idem leges Iustin. Capitula Ca-
 roli magni. cap. 2. & 33. & 34. & Iren. lib. 7. cap. 205.
 & legum Francic. lib. 6. 187. Vide Trid. sess. 22. &
 26. Lateran. sub Leone 10. Verum de illa quæstio-
 ne vide eos, qui ante paucos annos contra causam
 Venetam scripserunt. Cæsaris Baronij, & discepta-
 tionem Nicodemi, etiam Cardinalem Bellarmi-
 num, varios tractatus, Theodorum Eugen. Bonifi.
 Bedraz. Hugel. Bartholomæi Medices Bernardi Lu-
 fti. Denique Iacobi Gretseritres. & Adami Tancr-
 duos libros, de immunitate Ecclesiastica.

Filius pro-
 prius liber
 à censu.

De Christi vero immunitate hunc in modum
 Chrysost. disputat. ὁ δὲ λέγει πρὸς τὸν ἐκκλ. ἐλθετε
 μὲν εἰμὶ ἐ δὲναμ κλῆρον. εἰ γὰρ οἱ τῆς βασιλείας δό-
 τῶν ἡν αὐτὸν οὐ λαμβάνουσιν, ἀλλὰ δὲ τῶν ἀποστει-
 ῶν. Πολλὰ μάλιστα ἐμὲ ἀπὸ τῆς ἀπα-
 τήσεως πάντες, ἐν ὁποίᾳ βασιλείᾳ, ἀλλὰ τῇ τῶν
 ἐργῶν ὄντω με ἡν, καὶ βασιλείᾳ. ὅθεν πρὸς διέσει-
 σος ἡοὺς καὶ πούς καὶ ἡοὺς: ἡ δὲ ἐν τῷ υἱῷ εἰρή καὶ τὸ
 ὑπὸ δειγμα παρῶν τῶν βασιλέων. καὶ φησιν ἡοὺς. ἀλλ'
 ἐ γνήσιον. ἐν ὅν οὐκ ἡοὺς. εἰ δὲ οὐκ ἡοὺς, ὅθεν γνήσιον,
 ἡδὲ αὐτῶ, ἀλλὰ ἀποστει. εἰδὲ ἀποστει, ἡδὲ τὸ πα-
 ρῶν γνήσιον. ἐν τῷ ἰδίῳ ἰδίῳ, αὐτὸς γὰρ ἐ πρὸς τῶν ἡν
 ἀποστει, ἀλλὰ πρὸς γνήσιον διαλέγε τε καὶ ἰδίῳ, καὶ
 τῶν κοινωλῶν τῶν γνήσιον τῆς βασιλείας. διδ
 καὶ πρὸς ἀντιδιαστει ἰδίῳ πούς ἀποστει, οὕτω κα-
 λῶν. τὰς ἐν ἑξ αὐτῶν γνήσιον. τὰς δὲ αὐτῶν, οὗς
 ἐξ αὐτῶν γνήσιον. οὐ δὲ μοισκόπει κἀκείνο. πῶς τὴν
 δόξα καὶ φέει τῶν πρὸς γνήσιον, καὶ ἐν τῷ βεβα-
 δι. καὶ εἰδὲ ἐν τῷ ἰδίῳ. ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν συγκαταβά-
 σεως τὸ αὐτὸ τῶν δειλῶν. ὅπερ πολλὰς τῶν σφίρας. id est.
 Quod autem dicitur, tale quid est. Immunis ego à
 censu sum. Nam si reges terræ non à filiis sed à subdi-
 tis censum capiunt, multo magis me, qui non terrarum,
 sed cælorum regis filius sum, liberum à tribu-
 tis esse oportet. Perpendis quo modo distinxit filios
 à non filiis? Si enim filius non esset, hoc profecto re-
 gum exemplo vltus non fuisset. Sed si filius quisquam,
 inquit, est: non autem proprius, nec omnino eius,
 sed alienus. Ita exemplum nullas vires habebit.
 Non enim de filiis simpliciter, sed propriis & re-
 gni hæredibus disputat. Atque ideo distinguen-
 do alienos opposuit, quo vocabulo eos appella-
 uit, qui ab ipsis Regibus nati non sunt: suos vero
 quos ex se genuerunt. Tu vero illud etiam conside-
 ra, quomodo reuelatam Petro cognitionem
 hic confirmauit neque hic terminauit, sermonem,
 sed condescendendo, quod sapientie inestimabilis
 est, id ipsum approbauit.

§. 5. Porro cum duplex sit immunitatis Eccle-
 siastica priuilegium, ut scilicet libere possint exerce-
 re munia Ecclesiastica, etiam adia phora studere,
 proficisci, ædificare, contrahere, nihil impediens
 magistratu, alterum vero in negatione consistat, ut
 ne tributis premantur, non cidentur ad tribunalia
 secularia, non grauentur oneribus ciuilibus, omnis
 illa concessa est iure diuino, quantum ad ea quæ of-
 ficij & vocationis sunt, in confesso est. Hæc dein-
 de considerantur, vel in sacerdotum personis, vel
 facultatibus. Tamen ipsi quam eorum facultates
 tes seruitute ciuili exemptæ sunt. Antiquissimum tamen
 hoc ius fuit. Dionysius cum olim tempore Aposto-
 lorum eam libertatem defendit. Nefas est sacerdotem
 à ministris, qui se superiores sunt, atque à tui ordinis viris
 iudicari, etiam si impius in diuina esse re videatur: Etiam
 quid aliud ex his quæ interdicta sunt, egisse deprehenditur.
 Nam si distinctiones, ordinesque confundere, sacratis-
 mas Dei sanctiones & iura transgredi est, omni profecto
 ratione caret, Dei causa peruertere traditum diuini or-
 dinem. Neque enim in se ipsum Dei sermo diuinus est; Ali-
 quin quomodo ipse staret regnum? Et si Dei est iudicium,
 ut sacra Eloquia testantur: Sacerdotes autem Angeli sunt;
 diuinorum iudiciorum continuo post pontificem magistri:
 ab ipsis tu diuina congruè, ac suo ordine per medios mini-
 stros, cum tempus fuerit, discere, per quos etiam cultor
 esse meruisti. An vero non hoc ipsum sacra signa prela-
 mant? Neque enim sancta sanctorum omnibus simpliciter
 sunt inaccessa; verum his appropinquat magis Pontifex
 sacra distinctio, deinde sacerdotum ordo, quos deinceps & mi-
 nistrorum sequitur gradus.

Q V A E S T I O V.

An Clerici liberi à tributo & seculari tribunali?

§. 1. Clericum nullum constat ita liberum esse: im-
 age diuina, ut bonorum ciuiliū, adium, sed
 feudorum censum dare non cogantur. Onera enim
 ciuilia ipsæ possessiones annexa habent, nec possunt
 nisi ciuili auctoritate eximi. Postquam autem fuda
 & possessiones Ecclesijs datæ sunt, non possunt sine
 iniuria premi onere, quo liberati sunt.

§. 2. Clerici ab omnibus ciuilibus oneribus ex-
 empti sunt lege diuina, quæ eorum vocatione & repu-
 gnant & officia impediunt. Hoc in 13. ad Roman.
 & in Polit. ostendi, & l. b. 9. polit. Adamus Tanc-
 rus doctissimo libro de Ecclesiastica libertate, Chri-
 sti factū & dictū, hunc in modū exponit. Vnde triplex
 potissimum argumentum sumi potest ad probandam disci-
 plinam Christi & sacerdotum, qui eis successerunt immuni-
 tatem à tributo. Primum quia Christus tantum pro se, &
 Petro (& nec id quidem nisi vitandis scandali causa) soluit
 tributum, soluturus etiam pro alijs: si obligati fuissent ad eius
 solutionem. Secundo quia sacre aperte indicat, S. Petrum
 fuisse immunem à tributo hoc ipso, quod pro eo quoque non
 nisi vitandis scandali causa tributum soluit, iuxta illud: ut
 autem non scandalizemus eos, &c. Tercio quia asserit
 Christus, filios Regum esse liberos à tributo, aut hoc nomine
 cunctos significans Apostolos, aut se ipsum, tanquam filium
 naturalem regis æterni, ac propterea liberum; exemplo hu-
 manæ politie. Quod exemplum si bonum est probat etiam fa-
 miliares ipsius Christi à tributo liberos esse, cum & in huma-
 nâ politica non tantum filius ipse Regis, sed etiam familia eius
 à tributo libera esse soleat. Vnde & Hieronymus in eum lo-
 cum ait: Pro illius (Christi) honore, & tributa non reddi-
 mus, & quasi filij regis à vestigalibus immunes sumus. Et S.
 August. lib. 1. quæst. Euang. q. 23. scribit. In omni regno terre-
 no non esse vestigales filios regni illius, sub quo sunt omnia re-
 gnata.

Addi

Addi potest. Christum vel ob hanc etiam causam, quod bona pauperum & Ecclesiæ, in tributa conuer- tenda non essent, noluisse ex communibus loculis ad suorum victum destinatis, tributum soluere; sed alia quasi fortuita occasione acquisitam pecuniam in tributum impendere voluisse.

Ne vero Ecclesiastica libertatis oppressor se ex- calaret, scelera corrigi oportere, Clericorum crimina non oportere esse immunia, hunc ille etiam præte- xum excludit. Verum Demophilo fas non est ista corrige- re. Nam si diuinus sermo iusta iuste prosequi iubet (iuste ve- ro prosequi est, vnicuique quod suum est, pro meritis reddere:) iuste hoc omnes prosequi, non præter suum meritum, aut or- dinem debent. Nam quod & Angelis iustum est, officia so- cietatis merita diuina, vt & profecto diuina sunt. Verum hoc illi non à nobis Demophilo, sed per illos nobis ex Deo, & ipsis quoque per superiores Angelos. Atque vt breuiter dixerim: in omnibus que sunt per prima secundas à dispositis omnia, ac iustissima prudentia, iusta pro meritis tribuuntur: vt ij quidem, quos Deus præfisse alijs statuit inferioribus atque subie- ctis secundum merita tribuant. Verum enim Demophilus ira & concupiscentia ratione moderetur, eisque secundum merita tribuat, neq. suum violet ordinem, sed regat subdita superemi- nentia. Nam si cum forte in foro aspicimus famulum Domi- ni Seniori adol. centulum: suus etiam filium Patri maledicere, famulique impetu factio plagas inferre: pietatem violare vide- mur, nisi accurrentes præstantioribus opem ferre studeamus, quantumlibet illi fortasse prius, iniuriam perpessi fuerint; cur quis non erubescimus, qui rationem ab ira & concupiscentia tollari, & à tradito sibi diuinis principatu deiçi videmus, atque negligimus, & inter nos ipsos impiam, & iniustam re- meritatem, ac seditionem, confusionem, excitamus. Merito sane nos à Deo nobis indultus legifer, Ecclesiæ Dei præfeci prohibet eam, quod domus sue aeternus non bene præfuerit. Qui enim se i- psum regere nouit, & alterum reget; qui alterum etiam do- minum; & quid domum ciuitatem quoque; & qui ciuitatem etiam gentem; atq. vt summam dicam iuxta veritatis vocem. Qui in modico fidelis est, etiam in multo erit fidelis; & qui in modico infidelis, & in multo quoque infidelis erit. Ipse igitur concupiscentia & ira, atq. verbo congrua iure tuo impartire; tibi autem venerandi ministri moderentur, ministri is sacerdo- tes, sacerdotibusque Pontifices atque illis ipsis Apostoli, Apo- stolorumque successores conuenientia dicent. At si quis forte & inter ipsos a recto tramite denariis, is equalibus & suis ordinis sententiæ corrigatur, vt non ordo in ordinem ruens, cuncta per- misceat, sed vnusquisque in suo ordine suoque officio maneat. Nihil interitum idcirco dixerimus, vt & scias & facias, quæ tui muneris sunt.

Plane ille ex instituto præceptoris sui Apostoli Pauli, qui non impunita delicta esse iubet, sed iudi- cium ab Ecclesiâ: vetat, iudicari Christianos apud infide- les. Ideo ipse sua auctoritate nouum tribunal insti- tuit. Potuit igitur etiam illud Petrus, & successores Pe- tri. Multi hac de re doctissime scripserunt, vt Ludou. Molin. T. I. de iust. d. 31. Petrus Binsfeld. de iniuri- is & damno dato. Dominus Sotus. l. 4. Sent. dist. 25. q. 2. Michael de Palatio. l. 4. sent. Fran. Victoria relect. i. Cotarruias l. quæst. practic. c. 31. Henric. alii que. Alii vero etiam exemptionem iuris diuini esse pu- tant, vt pleraque Canonistæ. Verum in quibusdam i- ta esse nemo dubitat. Nunc tamen satis est ostendere immunitatem esse & fuisse.

§. 3. Recollige tecum lectos, quæ veteres in me- diis persecutionibus Ecclesiæ statuerunt. Anaclet. Ep. 3. Omnes causas sacerdotum iudicio vult terminari, & ad eos appellacionem factam approbat. Parimodo Alexan- der primus, Epist. ad omnes orthodoxos: Pius primus ad omnes fideles. Anicetus ad Gall. Episcopos. Victor ad Thephylum Alexandrinum. Fabian. ad Hilar. Caius Papa, Epistola ad Felicem Marcell. Ep. 21. ad

Episc. Orientales. Clericus vero, inquit, cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permisso, nullum præsumat ad seculare iudicium attrahere. at vero post hæc tempora multo magis libertas Ecclesiæ, videatur constitutio Au- gust. dat. 3. Non. Maij. Constant. Et Valent. Theodof. Arcad. quæ est causa. 11. q. 1. can. 5. continua legesancimus, vt nullus Episcoporum vel eorum, qui Ecclesiæ necessitatibus ser- uiunt, ad iudicia siue ordinariorum, siue extra ordinariorum iudicium protrahatur. Habent illi suos iudices, nec quicquam his publicis est commune cum legibus.

§. 4. Libertatem autem Ecclesiasticam ratio ipsa & natura demonstrat. Cum enim Ecclesiâ sit Respu- blica quædam, à principio ius tribunalis constituendi accepit, & ex facto Pauli clarum est. Tam autem po- test magistratus Ecclesiasticus suos à Christianorum principum iurisdictione, quam gentilium eximere. Nam Christiani principes Ecclesiæ subiecti sunt, eamque audire debent. Fieri autem potest, vt Cle- rici subiecti principibus, & secularibus non pos- sunt ea libertate, auctoritate, potestate, munere suo fungi, & vitia corrigere. Videmus quomodo Chry- sostomus contra Regnam. Ambrosius contra impe- ratorios gryphos depugnat, legatur vita vtriusque. Et ipse Ambros. l. 2. off. cap. 29. Ministri quoties aduersus regales impetus, pro viduarum, imo omnium depositis cer- tamen subierimus. Et sane videmus Pontifices ista se- rio egisse. Gregor. Mag. in priuilegio Monasterii S. Medardi. Alexand. 3. cap. relatum. r. Vide Azor. l. 5. cap. 21. Molin. T. I. disp. 134. lafon. l. 1. n. 21. cod. de Sa- crofanctis Ecclesiis. Tiraquell. Tract. de priuilegiis causæ piæ. Nec dubitarunt pii Imperatores sese mul- tis in rebus Ecclesiæ subiectos esse, & multi Episco- pi etiam antiquis imperatores coercuerunt.

Fabianus Philippum, Chrysostomus Arcadium, Ambrosius Theodosium, Ioannes Gregorius Henri- cum, alii alios, pro officio suo, iniurias creatori & Ec- clesiæ illatas, necessaria seueritate vindicando & ius- titiam asserendo.

Imo testantur hæretici huius Reipublicæ vexa- tione plurima mala in orbem inuecta. In præfatio- ne sua de variis ministrorum gradibus suos, licet non veros Episcopos, præca Ecclesiæ consuetudine, & priuilegiis defendit Adrianus Sarauia contra Be- zam, & Gebennenses.

[In meo tractatu de diuersis ministrorum Euange- lli gradibus quicquid homines cogitent, non tantum vestras dignitates defendere, in animo habebam, sed omnium Ecclesiarum Christi tam Galliæ quam Germaniæ Episcopis, & aliis viris doctis & præca Ecclesiæ gubernationis non ignatis, datas offensio- nes à nostris hominibus pluribus in locis, si non tol- lere, saltem minuere, & vulnus (quod nunquam sa- nabunt qui inflixerunt) lenire, & quantum liceret, remoras propagationis doctrinæ Euangelicæ amo- liri conatus sum. Nunc videtis quantus vir malæ causæ patrocinium suscipiat: cuius opinio hoc no- mine populari inuidiæ, & quorundam cupiditati grata est; quod Episcoporum opes cessuras sibi in prædâ sperant. & hæc vna est ipsis reformatio, bo- norum Ecclesiasticorum direptio. In hac renouata disputatione Episcopalem auctoritatem diuinæ insti- tutionis, & Apostolicæ traditionis esse defendendo: & id tam verbo Dei, quam vniuersali omnium Ecclesia- rum consensu doceri, & gubernationem illam Eccle- siarum qua Sacerdotes in veteri testamento vsi sunt, & Apostoli & Euangelistæ in nouo, esse opti- mam & vtilissimam tam Ecclesiæ quam Reipubli- cæ, nec eâ meliorem inueniri, aut excogitari pos- se neminem posse negare, pro fundamento as- sumo.]

§. 6. Videntur etiam exactores notasse, Petro quiddam concessum singulare præ cæteris, licet discipuli de primatu disquirerent. Humanum quid passi discipuli sunt, quod Euangelista quoque significauit dicens: in illa hora, quando scilicet cæteris omnibus Petrum prætulit. Nam cum ex Iacobo & Ioanne, alter primogenitus esset, nihil tamen tale pro ipsis fecisse videtur: veriti autemurbationem profiteri suam, non aperte quare Petrum ipsis præponeret, sed con-

fuse. Quis ergo maior est, interrogarunt. Quando tres illos præferri conspexerunt, nihil tale passi sunt: cum vero ad vnum delatus honor est, tunc nimirum doluerunt: quamuis non ex hac re solum. Sed ex aliis quoque multis inflammati fuerunt: Tum quia dixit illi. Dabo tibi clauis regni celorum: Tum quia: Beatus es tu Simon Bariona, cum etiam hic: Da eis pro me & te: Tum denique, quia libenter eam multo Christo colloqui conspiciant.

CAPVT XVIII.

Mat. 9. c.
34.
Luc. 9. f. 46
Inf. 19. b. 14
1. Cor. 14.
d. 20.
Mar. 9. f. 42
Luc. 17. a. 1
Sup. 5. c. 30.
Mar. 9. g.
43.
Psal. 33. a. 8.
Luc. 19. b.
10.
Luc. 15. a. 4
Luc. 17. a. 3
Leu. 19. d.
17.
Eccl. 13. b.
13.
Iac. 5. d. 19.
Deu. 19. b.
15.
2. Cor. 13.
a. 1.
Heb. 10. c.
28.
Ioan. 8. c.
17.
2. Thes. 3.
d. 14.
1. Cor. 5.
b. 9.
Io. 20. e. 23.
Luc. 17. a. 4

Nilla hora acceperunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas, maior est in regno celorum? 2. Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum. 3. Et dixit: Amen dico vobis, nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. 4. Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno celorum. 5. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. 6. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. 7. Væ mundo à scandalis. Necessè est enim vt veniant scandala: verum tamen vae homini illi, per quem scandalum venit. 8. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & proice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. 9. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proice abs te: bonum tibi est cum vno in vitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. 10. Videte ne contemnitis, vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei, qui in celis est. 11. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. 12. Quid vobis videtur: si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta nouem in montibus, & vadit quærere eam, quæ errauit? 13. Et si contigerit vt inueniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet super eam magis, quam super nonaginta nouem, quæ non errauerunt. 14. Sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in celis est, vt pereat vnus de pusillis istis. 15. Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. 16. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum: 17. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. 18. Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. 19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quæcumque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est. 20. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei: vsque septies? 22. Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. 23. Ideo assimilatum est regnum celorum homini, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. 24. Et cum cepisset rationem ponere, oblatuſ est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. 25. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & uxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat & reddi. 26. Proci dens autem seruus ille, orabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 27. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit ei. 28. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. 29. Et proci dens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. 30. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem donec redderet debitum. 31. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt Domino suo omnia, quæ facta fuerant. 32. Tunc vocauit illum Dominus suus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: 33. Nonne ergo oportuit & te miseri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? 34. Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. 35. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

IN CAPVT DECIMVM OCTAVVM

ARGVMENTVM.

DISCIPVLIS, quis in cælo maior esset? ambitiose quærentibus, modestiam & honoris fugam suadet, vocato in medium paruulo, serid assueuerans, non posse eos in regnum celorum ingredi, nisi efficiantur sicut paruuli, & cum maiorem fore, qui se humiliauerit, vt paruulus iste. Eadem occasione scandala vitare monet etiam si opus sit, membrorum abscissione. Paruulos contemni vetat, se enim venisse saluat, quod perierat. Charitatem porro suam, pastoris ouem perditam quærentis, exemplo demonstrat. Deinde ordinem modumque corrigendorum fratrum exponit, vt primo priuatum,